Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DANIEL

et regnum eius quod non corrumpet.
Horruit spiritus meus ego daniel
territus sum in his uisis. et uisiones
capitis mei conturbauerunt me. accesi
ad unum de assistentibus. et uera
rem querebam ab eo de omnibus his
qui dixit mihi interpretationem ser
monum. et docuit me. Hee bestie m
agne quatuor quatuor regna sunt
que consurgent de terra. Suscipi
ent autem sancti dei regnum altissimi
et possidebunt regnum usque in se
culum. et in secula seculorum. Post
hec uolui diligenter discere de ar
ta bestia. que erat dissimilis ualde
ab omnibus. et terribilis nimis.
Dentes eius ferrei come
debat. et comminuebat. et reliqua pe
dibus suis conculcabat. et de cornu
bus. x. que habebat in capite. et de alio
quod ortum erat. cum fuerat. autem
quod ceciderant tria cornua. et de
cornu illo quod habebat oculos. et os lo
quens grandia. et maius erat ceteris
aspiciebam. et ecce cornu illud faciebat
bellum aduersus sanctos. et po
tiebatur eis. donec uenit antiquus
dierum. et iudicium dedit sanctis ex
celsi. et tempus aduenit. et regnum
obtinuerunt sancti. et sic ait. Bestia
quarta. regnum quartum erit in
terra quod maius erit omnibus reg
nis. et deuorabit uniuersam terram. et con
culcabit. et comminuet eam. Porro cor
nua decem. ipsius regni. x. reges erunt
et alius consurget post eos. et ipse
potentior erit priioribus. et tres rege
humiliabit. et sermones contra ex
celsum loquetur. et sanctos altissimi
conteret. et putabit quod possit mu
tare tempora. et leges. et tradentur
in manu eius usque ad tempus et
tempora. et dimidium temporis. et
iudicium sedebit. ut auferatur po
tentia. et conteratur. et disperdatur us
que in finem. Regnum autem. et potestas
et magnitudo regni que est subter
omne celum detur populo sanctorum
altissimi. cuius regnum. regnum
sempiternum est. et omnes reges
seruient ei. et obedient ei. huc usque
finis uerbi. Ego daniel. multum
cogitationibus meis conturbabar.
et facies mea mutata est in me. ver
bum autem conseruaui in corde meo.

d. cop

Anno VIII

Anno tertio regni balthasar re
gis uisio apparuit mihi. et
ego daniel. post id quod iuderam
in principio iudi. in uisione mea. et
essem in susis castro. quod est in ele
lam ciuitate. Vidi autem in uisione.
me esse super portam ulai. et leuaui
oculos meos. et iudi. et ecce aries uni
stabat ante paludem. habens cornua
excelsa. et unum excelsius altero. at
que succrescens. Postea iudi arietem
cornibus uentilantem contra orien
tem. et contra occidentem. et contra
aquilonem. et contra meridiem. et
omnes bestie non poterant resistere
ei. neque liberari de manu eius. sed
secundum uoluntatem suam. et ma
gnificatus est. et ego intellexebam
Ecce autem hircus capratum uenie
bat ab occidente. super faciem tocius

119

Damel.